

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Quaestiones Graecae

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

Bacchicis enim furoribus deditæ mulieres, rectâ ad ederman-
feruntur, eamq; disperpunt manib. arripentes, & vorantes.
ita vt non planè careat quod nonnulli dicunt, inesse spiri-
tum edera, qui de statu rationis deturber, mentemque aba-
lienet, exagitetque, & profus ebrietatem à nonnullo ortam
vino inducat, ac permolestam: si quis alioquin hominum
ad concitationes animi furiosas, instinctusve diuinos sit
procliuis.

Cur iisdem flaminib. Dialibus permissum non est vt ma- X C I I I .
gistratum suscipiant aut ambiant? cum tamen & licetorem

10 habeant, & sellam curulem, honoris gratia, vtque ferant æ-
quiore animo magistratum gerendorum facultatem sibi
ademptam? An quia in Græcia etiam aliquibus in locis sa-
cerdotium dignitate regno cum æquale esset, repulsam pas-
15 sos sacerdotio dignati sunt? Aut potius, quod cum certæ
& ordine definitæ essent sacerdotum actiones, regum verò
ordine carentes & infinitæ, fieri non poterat vt qui rex si-
mul sacerdosque esset, diuersi generis in eundem temporis
articulum incidentibus negocijs vtrunque procuraret: sed

20 necesse erat futurum vtroque; urgente alterum omitteret, ira-
que interdum deos ritè non coleret, interdum ciuium esset
damno? Aut quòd in magistratus humanos intuentes, cum
non minus necessitate eos, quam potestate administrari
obseruarent: populique principem (quod de medico Hip-
25 pocrates pronunciauit) multa horrenda ad spectu videre,

*Magistra-
tus medi-
co similis.*

30 multa tangere, & ex alienis miserijs pro fructu suas capere
molestias: impium rati sunt istum dijs sacrificare, & auspice
esse diuini cultus, qui damnationibus & capitalibus, leihó-
que finitis supplicijs ciuium (nō rarè etiam cognatorum &
30 domesticorum, vt Bruto vsu venit) interfuisset.

QVÆSTIONES GRAECAE.

35 **Q** Vi sunt apud Epidaurios conipodes & artyni? Rem I.
publicam tractabant cxxc. viri. Ex his senatores
deligebant, quos appellabât Artynos. maior por-
rò populi pars ruri solebat versari. vocabantur au-
tem conipodes, quasi pulueripedes, quòd agnoscerentur è
pedibus puluerulentis, quoties in urbem veniebant.

Quæ est apud Cumæos Onobatis? nomen hoc à con- II.
fensio

*Adultera
pena.*

scenso asino est factum. Deprehensam in adulterio mulierem in forum producebant, & in lapide omnibus conspicuo sistebant, deinde asino impositam circa urbem circumducebant, postea rursus in eodem lapide ad stare coacta, infamis per totam habebatur vitam, & vocabatur onobatis. lapidem autem ob eam rem vt pollutum abominabatur. Magistratus etiam apud hos fuit, qui phylactes dicebatur a custodiendo. Eum qui gerebat, reliquo tempore carcerem custodiebat. Nocturno autem concilio in senatum veniens, manu iniecta reges educebat, ac detinebat donec occultè latis suffragijs de ijs iudicasset senatus, iniuste agerent necne.

III. Quæ est apud Solenses Hypeccaustria? Sic appellabant Mineræ antistitam, quoddam auerruncandorum malorū gratia certis quibusdam sacris operatur.

IV. Qui sunt Cnidij Amnemones, & quis Aphester? Ex optimatibus viri LX delecti erant, quibus per omnem vitam tanquam inspectoribus utebantur, & eorum summis in negocijs auctoritatem sequebantur. Amnemones, id est, immemores dictos suspicari licet, quoddam factorum rationes ab ijs non exigebantur: aut potius me hercle, quoddam plurimum valerent memoria. Aphester autem dicebatur, qui sententias interrogabat.

V. Qui sunt apud Arcades & Lacedæmonios chresii, id est, boni? Lacedæmonij Tegeatis recõciliati, scædus pepigerunt, & communem columnã ad Alpheum posuerunt: in qua inter alia fœderis capita hoc scriptum erat, Messenios regione pellunt, Neminem bonum faciũto. hoc Aristoteles interpretans, ait eo significari Tegeatarum neminem debere interfici, qui auxilij causa Laonicis rebus studeret.

VI. Quis est apud Opuntios Crithologus? vox hordeum legentem designat. Græcorum pleriq; in vetustissimis sacrificijs hordeo utebantur, primitias eius ciuibus offerentibus. Præsidij itaq; sacrorum, & primitias istas colligenti, hoc nomen factum est. duos autem habebat sacerdotes: vnum quid eorū, alterum qui genitorum sacra administraret.

Quæ sunt ploïades nebulae? quæ maximè imbrem cõceptum habent, & circũagitantur, sic appellabatur. Theophrastus libro de ijs quæ in sublimi fiunt quarto: Ploïades, inquit, nebulae sunt, & quæ consistunt. immobiles autem & colo-

colore albo differentiam quandam materiæ indicant, neq; in aquam neq; in spiritum conuersa.

Quis est Bœotorum Platycharas? Sic appellabant adib. VIII. agris ve suis vicinos & conterminos, tanquam plurimū possidentes. apponam autem vnam vocem ex lege thesmophylacij seu archiui, cum sint plura vocabula.

Quis est apud Delphos Hosioter, & cur vnum de mensib. IX. appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur cū creatur Hosius. (vox sanctū notat) Quinq; autem sunt hosij per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atq; vna etiam sacrificant: quippe à Deucalione genus crediti trahere. Bysius mensis, vt pleriq; putant, Physisus est, à nascendo sic dictus. est enim veris initio, quo tempore pleraq; nascuntur & germinant. Sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph vtuntur (vt Macedones, qui Bilippum, Balacrum, Beronicam dicunt, quæ sunt Philippus, Phalarus, Pheronice) sed loco literæ P soliti bati in dtere & bicron, quæ sunt patein & picron. Est ergo Bysius dictum pro Pysius, quod eo mente deam scitantur. Atq; hæc sententia cōuenit cum antiquis Delphorum oblationibus. Mense enim isto oraculum primò exstitit, sed septimanam istam deo natalitiam putant, polyphthonūq; nominant, non à coquendis phthoibus, quod est placentæ genus, sed quòd multa tum respōsa deus edat. Serò enim cepit singulis mensibus oracula requirentibus respondere, antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idq; ista die: vt Callisthenes & Alexandridas tradiderunt.

Quid est phyximelum? planta est exigua & humi iacens, X. cuius germina pecus in ambulans conculcat atq; affligit, & incrementum impedit. cū itaq; se subijcit, & ad iustā magnitudinem peruenit, eicitatis ouū iniurijs ac damnis, phyximelum dicitur. testis Æschylus.

Qui sunt aposphendoneti? quasi fundarum telis pulsos XI. dices. Corcyram insulam Eretrientes incolebant, Charicrate autem a Cotincho cum copijs profecto, bello ab eo victi, conscenss nauibus domum versus nauigarunt ciues re maturè animaduersa, arceuerunt eos patria, fundisq; impetentes egredi in terram non sunt passi. Cū itaque neq; persuadere hominibus rigidis, neq; vim facere multitudine eorū possent, in Thraciam nauigauerunt. Ibi loco occupato, quem

to, quem prius coluisse Methon Orphei de posteris vnus fer-
tur, vrbe Methonam nominauerunt ipsi a vicinis apolphen
doneti sunt appellati.

XII. *Delphica
sacrificia.* Quid est apud Delphos Charila? Delphi tres deinceps no-
no quoque anno agunt solennitates, Seperterium, Heroida,
Charilam. Seperterium imitationem habet pugnae Apollinis
cum Pythone, & à pugna fugae dei ad Tempe, aut persecu-
tionis. alij enim fugisse eum ferunt, quòd peracta cede opus
expiatione haberet: alij Pythonem faucium & fugientem via,
quae nunc Sacra dicitur, cum insequeretur, superuenisse ei
recens è vulnere mortuo, & funerato à filio, cuius nomen
Aex, id est, capra, perhibent. Seperterium ergo harum, aut si-
milium rerum imitatio est. Heroidis pleraq; fabulosam ha-
bent rationem, Thyadibus notam: ex ijs quae aguntur, li-
quiddò quis excitationem Semeles conijciat repraesentari.
De Charila hæc traditur fabula. Fame ob anni siccitatem vr-
gente Delphos, cum liberis ex vxoribus ciues ad fores regis
supplices venerunt. Is farina & leguminib. notiores sibi (nò
enim omnibus sufficiebat) impertijt. puella autem paruula
cum accederet orba parentibus, & instaret petendo, calceo
malam eius percussit, calceumque in faciem eius coniecit.
hæc, vt erat animo minimè abiecto, pauper alioquin & de-
serta, è medio se subduxit, cingulòque soluto fauces illigans
se se suspendit. Tum crescente penuria, & morbis accedenti-
bus, Pythia regi respondit, Placados esse manes Charilae vir-
ginis quæ ipsa sibi mortem conscruisset. Vix tandem inuesti-
gato id nomen puellae quæ alapam acceperat fuisse, piaculare
quoddam sacrificium peregerunt, quod etiamnum no-
no quouis anno fit. præsidet rex, & farinam leguminâq; im-
pertit omnibus & peregrinis & ciuibus. infertur puerile si-
mulacrum Charilae. postquam omnibus datum fuit, rex id
calceo ferit: quæ autem Thyadum est princeps, simulacrum
ad confragosum desert locum, ibiq; collum fune cingentes
simulacri, id defodiunt: vbi olim Charila sepulta fuerat.

XIII. Quid est mendicatoria caro apud Aeneianes? Sapius mi-
grauerunt Aeneianes. Principiò enim cum habitarent circa
Dotium campum, inde à Lapithis ad Aethicas fuerunt ex-
pulsii. Pòst Molossiae regionem quæ est circa Auum occu-
parunt, vnde ijs nomen Parauæi factum fuit. Deinde Cir-
ram obtinuerunt. vbi cum iussu dei regem Oenoclum lapi-
dibus

dibus obruissent, in regionem Inacho amni adjacentem descenderunt, quæ tum ab Inachijs & Achivis tenebatur. His erat oraculum datum, fore ut si partem agri datent, uniuersum amitterent: illis, potituros esse, si a uolentibus acciperent. Tum Temo primi inter Æneianes nominis vir, panis obitus, peramque gestans in morem mendici, se ad Inachios contulit. cui cum ludibrij causa rex glebam terra tribuisset stipem petenti, acceptam eam in peram coniecit, inueneretque optime contentus isto sese subduxit, nihil potro exigens. leniores hoc mirari, & in memoriam reuocare oraculum, regem adire, hortarique, ne rem negligeret, sed hominem apprehenderet. Temo animaduertere quid ij cogitarent, fugamque data ad suos euadere, vota Apollini hec atomba. Secundum hæc singulari prælio reges congressi sunt. ibi cum Hyperochum Inachiorum regem videret comite canne contra se venire Phemius Æneianum rex, iniuste agere dixit qui socium ad pugnam adduceret: & auertentem le canis abigendi gratia lapidis iactu interfecit. Sic Æneianes potiti ea ditione, pulsus Inachijs atque Achæis, lapidem istum tanquam sacrum colunt, eique rem sacram faciunt, ac adipe hostiæ eum tegunt. cumq; Apollini hostiam persoluant, Ioui taurum immolantes, partem carniū eximiam Temonis posteris tribuunt, ac mendicatoriam carnem appellant.

Aluic factum.

25 **Quinam sunt apud Ithacenses Coliadae, & quis Phagilus? Aduersus Vlysem procorum ab ipso necatorum necessarii seditionem mouerunt. arbiter adscitus ab utraque parte Neoptolemus, iudicauit debere Vlysem ut sanguine inquinatum exulare Cephallenia, Zacyntho, atque Ithaca: socios autem & familiares procorum quotannis pro damno rei familiari Vlyssis illato, ei pendere multam. Itaque Vlyses in Italiam commigravit, multam filio dedicauit, eiq; ab Ithacensibus solui iussit. erat autem farina, vinum, faui mellis, oleum, sal, & victimæ aduiores phagilis. Cæterum Aristoteles phagilum ait esse agnum. Porro Eumeum cum suis Telemachus libertate donatum ciuibus inseruit: estque ab Eumeo Coliadarum genus, à Philætio Bucolorum.**

Quæ est canis lignea apud Locros? Locrus Phycij F. XV. Amphictyonis N. ex Cabia filium habuit Locrum, cum quo postquam in discordiam incidit, magno ciuium numero

assumpto oraculum de colonia deducenda cōsuluit: tulsiq;
 responsum ibi se urbem condere debere, vbi morsus esset a
 cane lignea. Mari traiecto rubum caninum (sic cynos baton
 exprimo fruticem spinosum) calcauit, vulnerēque vexatus,
 per aliquot dies ibi cōmoratus, regionis natura confide-
 rata, Phycenses, Hiantheiāq; condidit, urbēsq; alias qua
 à Loeris deinde Ozolis cultæ sunt. Ozolas autem quasi fo-
 tidos si diceret, Loctros alij propter Nessum putant dictos,
 alij propter Pythonem, qui a mari eiectus in regionem Lo-
 ctorum, ibi computruerit. alij factorem eos coartraxisse pu-
 tant, quod pelles ouium ac caprarum pro vestitu gererent,
 & plerunq; inter caprarum greges viuerent. Alij contra sic
 dictos quasi fragrantē autumant, quod regio ipsorum flo-
 ribus abundet ē quorum numero est etiā Architas Amphif-
 sensis, qui sic scripsit:

*Vitiferam, innumeris fragrantem & odoribus illam
 Macynam iucundam.*---

XVI.

Quid rei est, quod Megareses apharoma vocāt? Nisus
 rex Megaridis, quæ ab eo Nisæa fuit cognominata, è Bceo-
 tia uxorem duxit Abrotram, Onchesti filiam, Megarei soro-
 rem, mulierem insigniter prudentem iuxta atque pudicam.
 Eam vita sanctam Megareses vltro luxerunt. & Nisus vt e-
 ternum ei monumentum conficeret, ossa ipsius quas ea ges-
 sisset vestibus amiciri iussit, & ab eius nomine apharoma
 appellauit. Videturq; gloriā mulieris deus defendisse. nam
 Megarides foeminae cum vestem mutare sapius statuisent,
 semper prohibuit.

XVII.

Quid est doryxenus? Antiquitus Megaris regio coleba-
 tur per pagos, in quinque partes distributis ciuibus: diceban-
 tur autem Heraenses, Piraenses, Megareses, Cynosureses,
 & Tripodiscæi. Hos cum Corinthij (qui semper Megaricam
 in suam redigere potestate conati sunt) in bellum civile con-
 iecissent, id tamen æquitatis studio ab ijs placidè fuit ac so-
 cialiter gestum. Agricolis enim nemo quicquam faciebat
 iniuriam. qui captus esset, certo se precio redimere opus ha-
 bebat, quod non antè exigebatur quam esset dimissus. cap-
 tiuum enim qui ceperat, domum abducebat, imperitūsq;
 eum sale & mensa sua, domum dimittebat. qui precium sui
 redimendi afferebat, is laudabatur, & amicus eius qui cepe-
 rat ipsum perpetuus manebat, ac pro captiuo doryxenus, id
 est ho-

est hospes hasta bellica partus appellabatur. qui fraudem solutioni fecisset, nō apud hostes modō, sed etiam apud ciues infamis ob iniusticiam & perfidiam habebatur.

Quid est palintocia? Megarenſes cum eieciſſent tyrannū
 5 ſuum Theagenem, non diu ciuilem tenuerunt modestiam:
 mox oratorib. nimiam eis & meram propinantib. (vt Plato-
 nico more loquat) libertatē, omnino corrupti, cum alijs in
 rebuſ petulanter diuites tractauerunt, tum in ædes eorū ve- *Megaren-*
 nerunt, vtq; ſibi ſplendidum appararetur conuiuium poſtu- *ſium petu-*
 10 larunt: ac ſi repulſam paterentur, vim libidinēque in om- *lantia.*
 nes exercuerunt. Deniq; factō plebiſcito, afenerationib. ſe-
 nora quæ ipſiſ perſoluerant repetierunt: & factum hoc à
 receptione ſenorum palintociam dixerunt.

Quanam eſt Anthedon, de qua Pythias dixit, XIX.

15 *Facatum bibe Vinum, Si non Anthedone degens:*
 neq; enim Bœotia Anthedon vini ferax eſt multi? Calauria
 antiquitus dicta fuit Irene à ſœmina Irena, quā fabulantur
 nātam Neptuno & Melantheia Alpei filia. Poſtmodo cum
 Antheſ Hyperēſq; cum ſuiſ ibi habitarent, dicta fuit Anthedonia & Hyperēia. Oraculum, vt Ariſtoleſ tradit, tale fuit:

*Facatum bibe Vinum, Si non Anthedone degens,
 Aut Hypera ſacra, quod ibi ſine face bibiſſeſ.*

Mnaſigeito autem ſcribit, Anthum Hyperæ fratrem etiam-
 num infantē fuiſſe amiſſum, Hyperemq; vagatū eius que-
 25 rendi cauſa, Pheras ad Acaſtum aut Adraſtum veniſſe, vbi tū
 fortē Anthuſ ſeruus à poculis erat. hunc in conuiuiō fratrē,
 cui poculum præbebat, agnouit & clam ei dixiſſe,

Facatum bibe Vinum, Si non Anthedone degens.

Quid ſibi volunt tenebræ apud quercū, quæ Prienæ me- XX.
 30 morantur? Samiſ & Prienæ bello commiſſo, mediocribuſ
 inuicem damniſ ſe affecerunt. collatiſ autē ſignis, Prienæ
 Samioſ mille trucidauerunt. ſeptim. dōq; pōſt anno cum Mi-
 leſiſ pugna congreſſi ad locum qui Quereuſ dicitur, opti-
 moſ primōſq; ciuium amiſerunt. quo tempore Bias Priena
 in Samum miſſuſ legatuſ claruit. Cum autem Prienæ ſ mu-
 35 liereſ calamitaſ hæc grauiter percuſiſſet, exſecratio & iure-
 iurandum maximis de rebuſ cōſtitutum eſt per tenebraſ ad
 quercum: quōd ibi liberi, parenteſ, viſque earum mortem
 oppetiſſent.

Qui ſunt qui apud Cretenſeſ dicuntur katakauræ? Tyr. XXI.

rhenos ferunt, qui quo tempore Imbrum ac Lemnum tenuerunt, Atheniensium filias & vxores è Braurone rapuerant, sedibus pullos in Laconicam venisse, & cum eius regionis mulieribus tantum habuisse commercij, vt etiam liberos ex ijs procrearent. Ob suspicionem vero & calumniã coactos Laconica cum vxoribus & liberis excedere, Polli & Fratre ducibus, in Cretam appulisse. ibi bellum cum incolis gerentes, multos qui in pugnis cecidissent insepultos iacere passos fuisse, cum & humare initio ob bellum & pericula non vacaret, & postea cadauera tempore corrupta & putredine soluta tãgere. Ibi Pollin excogitasse honores quosdam & priuilegia immunitatésque, quarum alias sacerdotibus, alias cadauerum sepulcoribus tribueret, vt que perpetua ista essent, dijs Manibus ea consecrasset: sortitum deinde cū Fratre super ijs fuisse. Itaq; alijs nomen sacerdotum, alijs cautatum a cremandis cadauerib. obtigisse. vtroq; seorsim suam temp. habere. cùmque Cretenses mutuo furtis & rapinis se infestent, ad alias humaniter ipsis concessas immunitates id quoq; accedere, quòd ab ijs omnia id genus maleficia abstinentur.

XXII.

Quid rei est puerorum sepulcrum apud Chalcidéses? Cothus & Æelus Xuthi FF. in Eubœam habitatum venerunt, cùm Æolenses plerasq; insulæ eius partes obtinerent. Oraculum autè Cotho datum erat, si emisset terram, fore vt rebus vteretur secundis, hostésq; superaret. Facta exscensione, mox incidit in pueros ludentes apud mare, quib. se cùm addidisset socium, ac multa peregrina ludicra monstrauiisset, vt sensit ea ipsos cupere accipere, negauit se alia lege datum, quàm si terram ab ipsis accepisset. pueri proinde terrã humi sublatam ei dederunt, ludicrisq; acceptis discesserunt. Æoles re comperta, cùm hostes nauibus contra ipsos adueherentur, ira doloréq; conciti pueros interfecerunt. Sepulti sunt iuxta viam, qua ex vrbe ad Euripum itur, locusq; Puerorum sepulcrum dicitur.

XXIII.
Castores.

Quis est Argis Mixarchetas, & qui sunt Elasia? Mixarchetam appellant Castorem, & apud se putant sepultum. Pollucem autem colunt vt vnum de dijs Olympijs seu cœlitibus. Iam quidam sunt de posteris Alexidæ Amphiarai filia, morbum comitalem auertere cùm existimentur, a depellendo Elasia dicuntur.

Quid

Quid est Encenisina Arginorum? Qui cognatum aut fa- XXIV.
miliarem amisisset, solebat statim à luctu rem sacram Apol-
lini facere, ac xxx. pòst diebus Mercurio. Existimant enim
sicut corpora mortuorum terra, ita à Mercurio animas ex-
cipi. Apollinis autem ministro hordeum dâtes, carnem ho-
stis accipiunt, ignemq; vt pollutum exstingentes, aliunde
nouum accendunt, quo carnem eam coquant, eamque en-
cenisma appellabant à nidore ducta voce.

Quid significant alastor, aliterius, palamneus? non enim XXV.
fides habenda est aliterios dictos perhibentibus, qui famis
tempore obseruant molentes (hos Græci vocant alúntas) &
farinam diripiunt. Verùm est alastor qui perpetravit alatia,
id est, obliuioni nunquam mandanda, sed diurnam habi-
tatura memoriam alterius, quem vitare (aleualthe) ob impro-
bitatem conuenit. Hæc Socrates ait facinora in tabulis æ-
reis inscripta fuisse.

Quo sensu fit, quod qui Æno bouē Cassiopæā abducunt, XXVI.
ijs virgines quæ eos deducunt vsq; ad fines, accinunt

O Striam in dulcem nunquam patriam redeatis?

20 Æneianes primùm à Lapithis pulsi circa Æthiciam, de-
inde apud Molossidem & Cassiopæam habitauerunt. quæ *Ancianes.*
regio cum nulli esset ipsis vsui, molestósq; præterea haberet
vicinos, in Cirræum campum Onoclo rege ducente transi-
uerunt. vbi cum grauis siccitas & crebra virgeret, oraculo (vt
25 fertur) iussi Onoclum interfecerunt, rursumq; vagati, eam
occupauerunt regionem, quam nunc obtinent bonam &
feracissimam. itaque non iniuria à dijs perunt ne vnquam
in patriam antiquam redeundum sit, sed lætis rebus ibi per-
manendum.

30 Cur apud Rodios in sacellum Oeridionis non ingredi. XXVII.
tur præco? An res ita habet? Ochimus Cydippen filiam de-
spondit Oeridioni. sed Cercaphus Ochimi frater, cum amo-
re puellæ laboraret, præconi (nā per hos accersi sponsas mo-
ris erat) persuasit, vt sponsam acceptam sibi adduceret. quo *Præco spon-*
35 facto Cercaphus cum puella profugit: & Ochimo demum *sam accer-*
iam sene facto redijt. Rodij itaque sanxerunt, iniuriæ istius
causa, ne quis præconum intraret in sacellum Oeridionis.

Cur apud Tenedios in Tenæ fanum tibicini intrare, ibi XXVIII.
démque Achillis nomen profertur non licet? Cum nouerca
Tenem hunc sollicitasset de incesto concubitu, Molpus ti-

bicen falsum testimonium cōtra Tenem dixit, quo factum est vt Tenes cum sorore profugere in Tenedum sit coactus. Achilli porrò (vt aiunt) Thetis mater seuerè mandauerat ne Tenem, quippe Apollini carum, necaret, vnique famulorum negocium dederat, vt animum aduerteret, Achillemque moneret, ne per imprudentiam Teni necem inferret. Sed cum Achilles Tenedum populans sororem Tenæ, vt pote formosam, insequeretur, Tenesque obuiam iens pro sorore propugnaret, eaque fuga elapsa ipse esset interfectus: Achilles re cognita famulum occidit, quòd presens eum nō monuisset, Tenemque sepeliuit huius sanum est hodieque, in quod neque tibicen intrat, neque Achillis in eo nomen auditur.

XXIX. *Prudens fulium.* Quis est apud Epidamnios poletes? Epidamnij Illyriorum vicini, cum suos ciues cum istis commercia agitantes viderent deteriores fieri, & ea de causa sibi à nouis rebus metuerent, ad contractus & permutationes istas quotannis vnum spectatæ vitæ ciuem delegerunt, qui ad barbaros commens omnium ciuium nomine cum his negociaretur, poletesq; ab isto comiteatu diceretur.

XXX. *Acanthis* Quenam est ad Thraciam Arani astra? Andrij & Chalcidenses cum sedium petendarum causa in Thraciam nauigassent, Sanen urbem communi iure prodicione deditam ceperunt. audito autem Acanthum à barbaris desertã, duos miserunt eò exploratores. qui cum ad urbem accessissent, hostesque planè profugisse deprehenderent, Chalcidensis prior excurrit tanquam ciuibus suis urbem occupaturus. at Andrius cum eum cursu non assequeretur, hastam coniectam valido ictu urbis portæ infixit, ac se hasta Andrijs urbem eam præcepisse pronunciauit. Orta hinc discordia, quæ tamen in bellum non erupit, ita conuenit inter partes, vt Erythraïs, Samijs, ac Parijs arbitrium disceptatiõq; controersie deferretur. hic cum Erythraei ac Samij secundum Andrios litem dedissent, Parij autè Chalcidensium causam probassent: eo loco Andrij conceptis verbis Parios detesta ti sunt, seque nullum postmodo dandarum aut accipiendarum mulierum commercium cum illis habituros pronunciauerunt. Itaque litus illud Arani appellarunt, cum antè Draconis diceretur.

XXXI. Cur thesmophorijs sacris Eretriensium mulieres non adignem

ad ignem carnes, sed ad Solem affant? neque Calligeniam inuocant? An quia captiuas quas à Troia abduxit Agamemnon vsuuenit ut ibi thesmophoria cum facerent, tempestate ad nauigandum apta oblata subito auectæ sunt, imperfecto sacrificio?

Qui sunt Milesijs acinanta? Thoante & Damafenore ty. XXXII.
 rannis deiectis, duæ Mileti sodalitates urbem obrinuerunt, quarum altera Plontis, altera Cheiromacha dicebatur. cum autem potentes præualuissent, reitumq; summam ad se transfuissent, deliberaturi de maximis negocijs in nauigia ingressi, ac longè à terra prouecti, facto decreto reuertentur. hinc illis acinantarum nomen, id est, semper nauigantium.

Quamobrè Chalcidenses locum qui ad Pyrsophium est, XXXIII.
 acmædôn lescham, id est, arate vigentium conuentui ac confabulationibus destinatum publicè locum, appellant? Nauplium ferunt persequentibus ipsum Achæis supplicem factum Chalcidensibus, quæ diluissè crimina, quæ alia vicissim Achæis obiecissè. Chalcidenses nequaquam de eo dedendo cogitasse: sed metuentes ne dolo interficeretur, præsidium
 20 ei adolescentum arate vigentium addidissè, eoque in loco constituisse.

Quis est qui bouem benefactori immolauit? Apud Ithacam XXXIV.
 in statione erat nauis piratica, in eaq; senex cum testis picem continentibus. Ad hanc fortè fortuna portior appu
 25 lit Ithacensis, nomine Pyrrhias qui senem nullius sui commodi causa, sed precibus ac miseratione illius inductus redemit, cadorem etiam nonnullis hortatu eius emptis. Postquam discessu prædonum data est licentia, senex Pyrrhiam ad sictilia ista adduxit, ostenditque multum auri argentiq;
 30 picis permixtum. Ita Pyrrhias subito ditatus, cum alijs officijs senem coluit, tum bouem ei immolauit. Hinc proverbio dicunt, Nemo bene merito bouem immolauit præter Pyrrhiam.

Cur Bottæorum puellis mos fuit choreas ducentibus di XXXV.
 35 cere, Eamus Athenas? Cretenses, ut perhibetur, ex voto primitias hominum Delphos miserunt. Missi cum viderent nullam ibi rerum copiam esse, inde in coloniam profecti primum incoluerunt Iapygiam, post Thraciæ istam partem, quæ Bottæorum dicitur, obrinuerunt, permixtis Atheniensibus. Apparet enim adolescentes, qui tributi nomine

ab Atheniensibus mittebantur, à Minoe non fuisse interfectos, sed pro seruis detentos. horum ergo aliqui facti & habiti Cretenses, vna cum reliquis Delphos missi erant. Itaq; Bottiaorum filia gentis suae memoriam celebrantes in festiuitatibus canebant, Eamus Athenas.

XXXVI.

Cui Eleorum mulieres Bacchum in sacro carmine hortantur vt bubulo pede ad ipsas accedat: ac bis acciunt, Ligne taure? Hymni hæc est forma: Veni heros Bacche matimum ad templum sanctum cum Gratijs, ad templum pede
Bubulus bubulo An quia bouigenam nonnulli & taurum cognomi-
pes. nant Bacchum? Aut bubulo dicunt pro magno? sicut boopin poeta dixit magnis præditam oculis, & bugaium qui se gloriosè iactaret. Aut potius, quia pes bouis innoxius est, cornua damnosa, sic deum hortantur vt lenis veniat atque innoxius? Aut quia multi hunc deum aratri & sationis in-
 uentorem fuisse putant?

XXXVII.

Cur Tanagreis ante urbem locus est, nomine Achillem? inimicitia enim ei potius cum hac urbe quam amicitia fertur intercessisse, vt qui inde matrem Pœmandri Stratonicam rapuerit, & Acestorum Ephippi F. interfecerit. Pœmander itaque Ephippi pater cum Tanagrica regio etiamnum per pagos habitaretur, in Stephonte (loci hoc nomen est) ab Achæis oppugnatus quod socium expeditionis se addere nollet, noctu eo loco deserto Pœmandriam muro munit. aderat ei Polycritus architectus, qui opera eius contemnens atque ridens, fossam transtulit. irritatus Pœmander saxum grande, quod ibi occultatum erat antiquitus, nocturnis quibusdam sacris impositum, arripuit, eoque ferire Polycritum volens, iactu aberrante filium Leucippum ictum interfecit. Erat itaque ei è Bœotia profugiendum, & peregrè alicuius ad
 lares supplicandum: verum id impressio ab Achæis in Tanagricam iam tum facta reddebat difficile. itaque Ephippum filium ad Achillem supplicatum misit. Ephippus cum Achilli vt veniret persuasit, tum Tlepolemo etiam Herculis F. ac Peneleo Hippalcmi F. omnes ipsi genere propinquos. ab
 his Pœmander Chalcidem deductus, ibique apud Elephenorem à eade expiatus, honorem viris habuit, omnibusque facta loca adsignauit, quorum nomen suum retinuit Achillem.

XXXVIII. Qui sunt apud Bœotos psoloeis, & xoleia? Minyæ filias ferunt

ferunt Leucippā, Arfinoam, & Alcanthoam furore corre- *Furores e-*
 ptas efum humanarum carniū appetuisse fortitās; mu- *xemplum.*
 nus tradendi ad necem filij, ac obtigisse Leucippæ vi filium
 Hippasum traderet: hūc ab iis fuiff. difcerptum. Hinc ma-
 ritos ipforū, quia præ luctu & dolore vefibus vterentur
 fœdis, pfolocis dictos quali caliginofos à fqualore: iplas au-
 tem æoleias, tanquam oloas, id efl diras. Atq; etiāmnū eam-
 rum pofteritatem his afficiunt nominibus Orchomenij: &
 quotānis fugantur feftis Agrionis à facerdote Bacchi ftri-
 cto gladio, licētq; deprehenfam interficere. & quidem ne-
 cauit noftra ætate Zoilus facerdos. Verūm ea res infelix ipfi
 vrbique fuit. nam & Zoilus leui admodum ex vlcete in diu-
 tūrum lapfus morbum computuit ac decefuit: & Orcho-
 menij in caufis publicis damnati multatūque facerdotium
 15 a familia tranftulerunt, deligerētque ex tota multitudine o-
 ptimum inftituerunt.

Cur qui fpōte fua in Lycæum intrant, lapidibus obrun- XXXIX.
 tur ab Arcadibus, qui per imprudētiā, Eleutheras depor-
 rantur? An quafi liberatis hoc modo hifce fermoni fides
 20 paratur? vt fimilis fit locutio, Ad Eleutheras, qualis efl:

In regionem Amelias.--- &

Ad fedem Senies Arefantis.---

Aut fabulam fequi præftat? quoniam fole de Lycaonis filijs
 Eleuther & Lebādus facinoris, quod in Iouem molitus fuit
 25 pater, infontes fuerunt, & in Bæotiam fugerunt: vnde & Le-
 badenfibus ius ciuitatis cum Arcadibus intercedit. ergo E-
 leutheras relegant, qui in Ioui fagro & inaccessō loco im-
 prudētes rei fuerunt. Architimus in Arcadicis fcribit quof-
 dam qui Lycæum intrafsent per ignorantiam, ab Arcadi-
 30 bus traditos fuiffe Phlafiis, ab his Megarenfibus. inde cūm
 Thebas mitterentur apud Eleutheras fuiffe imbre, tonitri-
 bus, aliisq; cœleftibus denunciacionibus detentos. atque
 inde etiā loco nomen Eleutheras factum nonnulli affir-
 mare. Quod autem Lycæum ingreffus vmbra nullam à fe
 35 iacere putabatur, falfo dictum efl, quantum vis creditum.
 An fieret hoc, quod aet fe in nubes cogeret, ac quafi tetricū
 vultum propter ingreffos indueret? aut quia necatur
 ingreffus? nam occiforum animas aiunt Pythagotici neq;
 vmbra iacere, neque connuere. Aut quodd fol vmbra gi-
 gnit, lex autem folem adimit intranti? atque hoc inuolu-

cro testū proponunt. Ceruus enim vocatur qui intrauit. & hae de causa Cantharionē Arcadem, qui ad Eleos bellū Arcadibus facientes perfugerat, ac cum prada. per Lycaum transiuerat, bello soluto Spartani, ad quos ab Eleis se cōtulerat, Arcadibus tradiderunt, iubēte deo ceruum reddere. 5

XL.

Quis est Eunostus heros Tanagrae, & cur lucum eius intrare mulieribus nefas est? Elieus Cephisi & Sciadis F. pater Eunosti fuit, cui nomen impositū ab Eunosta nympha, quae eum enutriuerat, aiunt. Hic Eunostus vt honestus & iustus, ita pudicus etiam fuit atq; austerus. Eius amore captam serunt Ochnam vnam de coloni filiabus, cōsobrinam suam, à qua sollicitatus ad cōcubitum, auersatus mulierem & conuicio insectatus, ad fratres eius abiit querelam de ipsa propositurus. sed Ochna Eunostum occupauit apud fratres accusare, vique se ab eo compressam mentiri: obrinuitque vt Ochemus & Leo (hi enim erant fratres eius) adolescentem per insidias exceptum interficerent. Percussores filij Elieus in vincula condidit. Ochna autem poenitentia facti animique perturbationibus compulsa, simul vt se molestia ob amorem concepta exoneraret, simul fratrum misericordie ducta, tem vt erat Elieo vera narratione, isq; portatō Colono exposuit. Colono iudice sententiā ferente, fratres Ochnae solum veterere. Ochna praecipitem sese dedit: sic refert Myrtis Anthedonia poëtria. Eunosti autem sacraij & lucus ingressu atq; etiam accessu ita diligenter arcebantur mulieres, vt si quando terram ortus, siccitates, aliāve offēta accidissent, (quod factum est saepe) Tanagraei studiosè atque ad eò curiosè inquituerint, nāmmā mulier aliqua fessellisset loco isti propinquans. & fuerint qui dicerent, è quibus est Cleidamus vir illustris, obuiam sibi factum esse Eunostum, lauandi gratia ad mare accedentem, quòd lucum ipsius mulier quadā intrauisset. Sanè Diocles in commentatio de facellis edictum refert Tanagraeorum de iis, quae Cleidamus renunciaisset. 10
15
20
25
30

XLI.

Vnde in Beoetia apud Eleonem fluius, Scamander dictus est: Deimachus Eleonis F. cum Hercule, cuius erat socius, ad Troiam oppugnandam fuit profectus. quòd bellum cum, vsq; traheretur, Glauciam Scamadri filiam, quae ipsum depetibat, admisit, grauidamque fecit: post ipse in pugna aduersum Traianos occubuit. Glaucia metuens ne admitti

admissi comperiretur, ad Herculem confugit, eique amorem suum, & habitam cum Deimacho consuetudinem narrauit. Hercules, quod & mulierem miseraretur, & genus viri probi sibi que familiaris supereffe cuperet, in naues Glaucciam recepit: cumq; filium partu enixa esset, cum eo adductam in Bœotiam Eleoni tradidit. Ei filio Scamandri impositū est nomen, regnauitq; iis locis. & Inachum fluiuium a se Scamandrum, proximum amnem de matris nomine Glaucciam appellauit, fontem vxori cognominem esse iussit Acidusæ, ex qua tres habuit filias, quas Virginum nomine etiamnum colunt.

Vnde tractum est proverbium, Isthæc rata esto? Dinon XLII.

Tarentinorum dux, vir bello præclarus, cum ciues quandam ipsius sententiam manuū (vt fit) elatione improbasent, ac præco sententiā quæ vicisset proclamaret: ipse manu sursum intendens, Hæc verò (aiebat, suam sententiam innuens) melior est. Sic narrauit Theophrastus. Apollodorus in Rhytino addit, cum præco dixisset: Hæc suffragia habet plura, subiicisse: Hæc autem meliora: & pauciorum sententiam iussisse ratam esse.

Vincat melior pars maiorem.

Vnde vrbs Ithacensium Alalomenæ appellatur? Quod XLIII.

Anticlea virginitate per vim à Silypho erepta Vlystem concepit. hoc plures afferunt. Ister Alexandrinus in suis commentariis retulit, nupram Anticleiam Laertæ & adductā ad *

Alalcomeneium quod est in Bœotia, Vlystem peperisse. inde que eum quasi vrbs nomen commendantem posteris, in qua esset natus, Ithacæ urbem eodem nomine donasse.

Qui sunt qui in Aegina monophagi dicuntur? Aegin XLIV.

rarum qui ad bellum Troianum sunt profecti, magna pars in præliis, maior in mari vi tempestatum periit. Cum itaq; paucos superstites necessarii recepissent, viderentque reliquos ciues in luctibus ac mœrore esse, rati sunt, neq; gratulandū publicè, neq; palam diis sacrificandum: sed domi suæ singuli eos qui seruati erāt cōiuiis comiter excipientes, patres, cognatos, fratres, aut familiares, ipsi mēsis ministrauerūt, alieno nemine in domū admissio. Eam rem representantes, sacrificiū Nepruno celebrant, quod Thiasi dicitur, vbi seorsim per sedecim dies cōiuiā agitant nullo adhibito seruo. deinde Veneri operantes, sinem feriis imponunt. hinc monophagi, id est seorsim edentes vocitantur.

Cur

XLV. Cur Iouis Labradensis in Caria simulacrum non sce-
 ptrum aut fulmen, sed securim elatâ tenet: Hercules Hip-
 polytam cum necasset, inter alia arma securim quoq; eius
 captam, Omphalâ dono dedit. Lydorum post Omphalen
 reges eam gestauerunt, vt vnâ de aliis rebus sacris, success- 5
 foriq; itidem tradita fuit: donec Cădaules dedignatus, cui-
 dam lociorum ferendam eam dedit. Postquam verò Gyges
 defectione inita Cădaulâ bellū intulit, venit à Mylaliē-
 sibus Arselis auxiliares Gygi copias adducens: interfecitq;
 & Cădaulen & socium, bipennemque in Cariam inter a- 10
 lia spolia pertulit, Iouisque adornato simulacro, eam isti in
 manum aptauit, Labrademq; nominauit Iouem. Labram
 enim Lydi vocant, quod Latini securim.

XLVI. Cur Tralliani eruum Kathartera, id est Iustrale, vocant,
Eruum. vtunturq; eo maximè ad expiationes & piacularia? Leleges 15
 & Minyæ quondam Tralles, regionemque ad urbem perti-
 nentem pulsî vi Trallianis occupauerūt. Reuersi postlimi-
 nio Tralliani, rerumque potiti, quotquot Lelegum nō pe-
 rierant, neq; profugerāt, sed ob inopiam ac imbecillitatem
 remanserant Trallibus, eorum neq; viuientium neque mo- 20
 rientium aut pereuntium vllam habentes rationem, legem
 tulerunt, vt si quis Trallianus Minyam Lelegemve occide-
 ret, is medimnum erui si necessarius interfecit demeriretur,
 castus purusq; cædis haberetur. Hæcine est causa?

XLVII. Quæ causa est prouerbij apud Eleos vsitati, Atrociora 25
Prouerbiū quàm Sambicus pateris? Sambicus quidam Eleus cum ha-
de Săbico. beret multos sub se ministros, multa (vt fertur) donaria æ-
 nea Olympiæ posita accidit atq; vendidit: tandēmq; Dianæ
 etiam Episcopi (hoc est inspectricis) cognominatæ sanum,
 quod Elide est, & Aristarcheum dicitur, compilauit. A quo 30
 sacrilegio statim captus, per integrum annum tormēta per-
 pessus est, quæstione ex ipso de sceleris focis habenda: itaq;
 mortuus, adagio locum suis miseris fecit.

XLVIII. Cur Lacedæmone iuxta Leucippidum templum Vlyssis
 sacellum est dedicatum? Ergieus quidam, vnus de posteris 35
 Diomedis, passus sibi est à Temeno persuaderi vt Palladium
 Argis suffuraretur, conscio ac socio facinoris Leagro. hic
Palladiū. Leager cum esset Temeni familiaris, postmodò cum eum
 sibi ratum haberet, vnâ cum Palladio Lacedæmonem mi-
 grauit. Reges eum promptè exceperunt: Palladiumq; prope
 Leucip-

Læucippidū templum æde dedicata locauerunt, Delphosq; miserunt, qui oraculum de eo adseruando ac retinēdo consulerent. his responsum est, vni eorum qui id sustulissent custodiam eius demandandam. ergo ibidem sacellum Vlyssi posuerunt, quem alias quoq; ob coniugium Penelope cum sua ciuitate coniunctum censebant.

Cur Chalcedoniæ feminæ hæc seruant consuetudinem, XLIX.
 vt alienos viros, magistratum maximè, compellant, alteram genam obtegant? Erat Chalcedonenſibus bellum aduersus Bithynos, omnis generis iniuriis in præscriptionem eius irritatis. Zeipærus rex Bithynorum omnes suos in bellum educit. Chalcedonenſes auxiliis Thracum aucti, Bithynorum agrum incendiis populationibûsq; vastant. ad Phalium autem à Zeipæro per insidias impetiri, re obferociam & ordinum neglectam rationem malè gesta, amplius octo millibus militum amittunt. internecionem Byzantij auerterunt, quorum in gratiam Zeipærus pacificationem admittit. Cùm autem Chalcedone magna esset virorum penuria, plerèq; mulieres necessitate adaçtæ sunt vt libertis & inquilinis cõsueſcerent. aliæ quæ vitis carere, quàm sic matrimonio frui, mallēt, ipsæ per se expediuerunt si quid erat apud iudices & magistratus negocij, alteram veli partem à facie diducētes. quæ verò nuplerant, pudore ductæ quod istas sibi virtute præstare sentirent, eundem morem sunt secutæ.

Cur Argiui oues, quas iniri volunt, ad Agenoris lucum L. feturæ causa abigunt? An quia optimè greges curauit Agenor, pecudumque copia omnes reges superauit?

Cur Argiuorum pueri quibusdã feriis per iocū lusumq; LII. ballachradas seipſos appellāt? An quòd primos qui ex agris in planiciem ab Inacho sunt deducti, piris syluestribus victitasse aiunt? scilicet quòd tum primū Græcis in Peloponneso cõspectæ essent achrades, id est pyra syluestria, cùm regio illa etiamnum à piris Apia diceretur. postmodò apios, id est pirum syluestre, achras nominari cœpit.

Quid subest causæ, quòd Elei equas extra fines suas LII. ducunt, cùm ab equis eas conscendi volunt? An imprecationem Oenomai sic abominantur? is enim cùm studio alendorum equorum omnibus regibus anteiret, equosque amaret maximè, multa & dira imprecatus est iis qui equos in Elide admitterent.

Cur

- LIII. Cur apud Cnossios moris erat, vt mutua[m] scenore pecuniam accipientes, eam raperent: An vt creditorem frustrantes, rei violentæ actionis eo grauius punirentur?
- LIV. Cur in Samo Dexicreotis Venerem inuocant? An quòd Samias mulieres cum præ luxu & luxuria libidini indulgerent, Dexicreo circulator piacularibus quibusdam ritibus adhibitis vasa ista soluit. Aut verius est quod dicitur? Dexicreo cum esset nauclerus Samius mercaturæ faciundę gratia in Cyprum nauigauit. eum iam nauim oneraturum Venus nihil aliud importare quam aquam iussit, & illic a-
10 uehi. Paruit consilio, multaque imposta aqua soluit. mox cum altum ventorum silentium & trāquillitas in mari obtinisset, reliquis mercatoribus & naucleris fiti laborantibus aquam diuendens, multum corrafit argenti. Itaq; dea simulachrum à se nominatum dedicauit. Hęc narratio si
15 vera est, videtur dea non vnum ditare, sed multos vnus ministerio seruare voluisse.
- LV. Quare Samiis, quando Mercurio Charidotæ, id est munifico, sacrificant, permillum est furari & vestes aliorum clepsere, si quis hoc velit agere? Quia oraculum secuti facta ex
20 insula migratione in Mycalen, decem annos è latrocinis vixerūt. quibus finitis cum rursus ad insulam nauigassent, hostes suos deuicerunt.
- LVI. Quæ origo est vocis Panæma in Samo insula, loci nomen exprimentis? Amazones Bacchum fugientes è ditone
25 Ephesia in Samum euaserūt. ille nauibus constructis transfretauit, confertòque prælio multas eo in loco concidit, quem spectantes à copia fluentis sanguinis panæma appellauerūt ex admiratione. Qui occisas has aiunt, ex his nonnulli rem ad Phlœum gestam asserunt, & ossa earum mon-
30 strantur. alij Phlœum quoq; illis morientibus raptum perhibent, magnam & penetrantem vocem edentibus.
- LVII. Andron qui vocatur Sami, (est autem ædes) cur Pedetes (nomine à compedibus ducto) appellatur? Cum Geomori (agrarios intelligeres) post necatū Damorelem, sublatamq; 35
cuius tyrannidem, Samiam reimp. in sua haberent potestate, Megarenses bellum Perinthiis intulerunt, coloniam Samiorum, compedes secum ferentes (vt aiunt) quibus captiuos induerent. Geomori re cogita, raptim Perinthiis auxilio miserūt sub nouem ducibus naues instructas triginta. quam

tum duæ extra portum prouectæ, fulmine istæ perierunt. duces reliquis vsi vicerunt Megarenfes, vi ubique ex ipsis ceperunt 10 c. Ea victoria ita aucti sunt ducibus animi, vt de euertenda paucorum in patria cogitarent, quæ penes Geomotos erat; dominatione. occasionem ipsis præbuerunt reipub. principes, qui per literas mandabant, vt Megaræses captiuos suis ipsorum impeditos compedibus adduceret. Has illi literas acceptas Megarenfibus clanculum ostendunt: vt que se ipsis in Samia liberanda rep. socios adiungerent, per-
 10 suadent. Re consiliis communicatis tractata, placuit compedum annulos excutere, sicque demum cruribus Megarenfium aptare compedes, ac ne ob laxitatem de pedib. defluerent inter eundem, loris ad cingula alligare. Sic instructos Megarenfes, & gladiis singulis armatos, postquam ad
 15 Samum applicuerunt naues, per forum in curiam duxerunt, omnibus ferè ibi Geomotis confidentibus. signo deinde dato, Megarenfes impetu facto eos trucidarunt. Liberata ad hunc modum vrbe, Megarenfes, quotquot vellent, in ciuitatem suam admiserunt: adq; arx pla exstructa com-
 20 pedes pro monumento suspenderunt. quæ suum illud inde sortita est nomen.

Cur apud Coos Herculis sacerdos in Antimachia muliebri indutus veste, capite vittato, sacrificium auspicatur? Hercules sex nauibus à Troia auectus, tempestate aduersa
 25 vsus quæ naues eius perderet, vnica ad Cõn vento compulsa ad Laceterem (loci hoc nomen) excidit, armis virisq; reliquis, cæteris omnibus rebus amissis. Ibi eum in oues incidisset, à pastore vnũ petiit arietem. Pastori nomen fuit Antagoras. qui cum robore corporis vigeret, huc hanc conditionem Herculi obtulit, vt arietem, si Antagoram vicisset, auferret. Postquam conseruerunt manus, Meropes, Antagora, Græci Herculi opem tulerunt, acri quæ exorta est
 30 pugna. In hac tradunt Hercules aduersariorum multitudine defatigatum ad Thressiam confugisse mulierem, & sellisse, cum se texisset muliebri veste. Deinde autem cum debellasset Meropes; & expiatus esset, ducta Alciopis filia, vestem sumpsit floridam. Itaque eo in loco, vbi pugnatum fuit, rem sacram facit pontifex. sponsi autem sponsas amplectun: ut muliebrem induti amictum.

*Herculis
 cū Antago-
 ra pugna.*

Vnde Megara genus est Hamaxokylisdon? In effreni

illa popularis in repub. potentie licentia, quæ palintociam
 etiam & sacrilegium protulit, accidit vt missi Delphos con-
 sultum oraculum atq; ad solennem festiuitatem Pelopon-
 nesij legati, cum per Megaricam irent, apud Ægira cum v-
 xoribus & liberis vt res tulerat in quadrigis ad paludē per-
 noctarent. Megarensium autem ferocissimi ebrietate, per-
 petulantia, immanitateque incitati, quadrigas in paludē de-
 uoluerunt, ita vt multi legatorum fuerint suffocati. Ac Me-
 garenses quidem in ista reip. confusione flagitium istud im-
 pune esse passi sunt. Amphycliones autem, habita ratione
 sacrosanctæ ad Delphos missionis, sceleratos istos partim
 extremo humanorum supplicio, partim exilio penas pen-
 dere coegerunt. Horum flagitiosorum posterij Hamaxocyl-
 listæ, quasi vehiculorum deuolutores nominares, appella-
 ti sunt.

PLVTARCHI, CVR ORACVLA EDI DE-
 serint, commentatio.

AQVILAS quasdam, Terenti Priscæ, aut olores fa-
 bulantur ab extremis terræ partibus ad medium e-
 ius volatur tendentes Pythiæ eodem conuenisse ad
 locū, cui Omphalo, id est vmbilico nomen est. Post-
 ea autem temporis Phæstium Epimenidem fabulam hanc
 vanitatis coarguisse apud Deum. cumque oraculum acce-
 pisset ambiguum atque obscurum, dixisse,

*Vmbilicus
 terræ.*

*Non equidem terræ, aut extat medius maris Vmbo,
 Aut superis solis, hominum non cognitus Selli est.*

Atq; hunc quidem meriō vltus est deus, fabulæ priscæ, tan-
 quam pietatæ conatū in probitatem inquirere. Enimuerō
 paulo antè Pythia nostra ætate à Callistrato acta, euenit vt
 a diuersis terræ finibus Delphos conuenirent duo sacri-
 vi: Demetrius grammaticus è Britannia Tarsum, quæ ei pa-
 tria erat, reuertēs, & Cleombrotus Lacedæmonius. Hic diu
 per Ægyptum & Troglodyticam vagatus, & magnam mar-
 ris rubri partem subuectus erat, non sanè negociandi gra-
 tia: sed homo spectandi & parandi sibi splendoris cupidus,
 cum esset re satis lauta, non magni ducens possessionem o-
 pum iis quæ sufficerent ampliorē, his rebus ocium infume-
 bat, historiamq; colligebat quasi materiā philosophiæ, cui
 (vt aiebat) theologia finis erat propositus. Et quia nuper
 apud